



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

I. Graf Heinrich von Anhalt verkauft als Tutor der Markgrafen von Brandenburg der Stadt Werben zu Tilgung einer Schuld die Wiese Prinzlow, im Jahre 1225.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

in der Vorstadt. Dies letztgedachte Hospital überlebte die übrigen. Die beiden ältern gleichartigen Stiftungen wurden zur Zeit der Reformation dem St. Jürgenhospital mit zugeschlagen und die dazu gehörigen Capellen dem Verfall überlassen.

U r k u n d e n.

I. Graf Heinrich von Anhalt verkauft als Tutor der Markgrafen von Brandenburg der Stadt Werben zur Tilgung einer Schuld die Wiese Prinslow, im Jahre 1225.

Heinricus, Dei gratia Comes Ascharie et Tutor Marchie Brandenburgensis. — Scire cupimus universos tam presentis temporis quam futuri, quod nos, una cum nostris nepotibus de Brandenburg, pro quodam debito persolvendo habito super consilio tam nobilium quam ministerialium discretorum Burgensibus de Werbene vendidimus pratum unum Prinzlowe et bona illi fluvio, qui Sure dicitur attinentia cum omnimodo ipsorum proventuum perceptione et volumus ut titulo proprietatis sibi jam dicta bona prefati Burgenses libere possideant ac vsurpent, ita quod communitas de Werben ea capiat perpetuo possidenda. Statuimus etiam, Advocatum ciuitatis sepius memorate auctoritatem habere iudicandi in bonis jam dictis secundum consuetudinem Advocatorum nec ad aliquem alium iudicem habere respectum causa iudicandi sive querimonias deferendi bonorum homines predictorum. Quod ut in presenti robur obtineat firmitatis et certum permaneat in futurum presentem super hoc paginam studiose conscriptam nominibus testium explicatis videlicet Comitis Vlrici de Luchoue, Comitis Sifridi de Osterburg, Comitis Cunradi de Tannenberg, Aluerici militis de Kerkowe, Gerhardi de Cartbowe (sic), Johannis Gans, Thegenbardi, Gozwini, Thiderici de Osterburg, Heinrici fratris sui, Gerhardi de Belitz, Tiderici de Ected, Ottonis Aduocati de Bertigge, Heinrici de Stendal, Sifridi de Stegeliz, Alberti Aduocati de Spandoue, Heinrici de Cungesmarek, Friderici de Kamerik, Johannis et Arnoldi de Werbene, ac nostri sigilli munimine nostrorumque testimonio cognatorum et ipsorum sigillo duximus roborandum. Actum anno dominice incarnationis M. CC. XXV. Indictione VIII^a.

Nach dem Transsumpte v. J. 1335 im Werbenschen Stadt-Archiv. — Seidels handschr. Urf.-Sammlung. Gercken's Fragm. I. 68. Scheidi's Orig. Guelf. IV., 147. Beckmann's Arch. Hist. IV., 528. Beschreib. V., I, VIII., 31.

II. Die Markgräfin Mathilde und ihre Söhne Johann und Otto überlassen der Stadt Werben die ihnen erledigten Besitzungen zwischen der Elbe und Havel, im Jahre 1225.

Mechtildis, dei gratia Marchionissa, et eius filii Iohannes et Otto Marchiones Brandenburgenses. — Notum facimus vniuersis presentem paginam inspecturis, quod nos diuersis et importunis incommoditatibus dilectorum ciuitatensium nostrorum de Werben compassi, ipsorum inopiam et defectum pro parte subleuare volentes, bona nostra ipsi ciuitati adiacentia et nobis vacantia ultra